Arrest du Parlement Qui

7. May 1352

Notum facimus quod super Debato in Nostra Parlamenti Curia moto, et pendente Inter Capitulum et universitatem Choricarum Ecclesiae Sancti Juliani Brivatensis ex una parte, Et Procuratorem nostrum Generalem ac Baillivum Alverniae pro Nobis ex altera, occasione certorum Metallorum plumbi vel Stannij quod dicti Capitulum

Et Universitas Choriorum Ecclesiæ
prædictæ fecerant cudi in Cugnis
ferreis ad instar Monetæ et
Consueverant dictas Metallos
distribuere Canonicis et aliis
Choriariis et Servitoribus dictæ
Ecclesiæ in signum et pro dis-
tributionibus quotidianis, ipsosque
Metallos alter alteri tradebat
ad invicem et in villa Brinacen-
si ponebant et allocabant pro
pane et vino aliisque Mercato-
riis apud illos qui eosdem
metallos sponte tamen et absque
compulsione recipere volebant, et
Et deinde illi qui prædictos
metallos recipiebant reportabant
eosdem receptoribus seu distributo-
ribus dicti Ecclesiæ et ipsi
receptores seu distributores trade-
bant et restituebant in pecunia
nostræ Monetæ currentis prœti

=rum vel Summum pro quo Erant
Signata pro ut dicti Capitulum
et Chorarij asserebant, verum
quia praedicto dicto Baillivo
Sacta esse in nrum praejudicium
videbantur dicta funera et
certam quantitatem dictorum
metallorum capi fecit et ..
Inhibuit ne aliqui seu aliquis
dicta metalla reciperent de
cetero seu Etiam allocarent,
et ob hoc Temporalitatem Capi
=tuli et Choriarorum dictorum
ad manum nostram poni
fecit et teneri, quade Causa
Procurator Noster petebat
Capitulum et Choriarios prae
=dictos Nobis in Emendam
Condemnari Capitulo et Choria
=riis praedictis rationes et
deffensiones suas allegantibus
ex adverso auditis itaque ad

ad plenum dictis partibus —
per Curiam nostram extitit —
Ordinatum quod dicti Cunei —
ferrei de quibus dicti metalli
Cudebantur remanebunt penes
Curiam Nostram et frangentur
Modo que metallos pro distribu
-tionibus communis Capitulum et
Choriarij fieri faciens de plum
-bo in Matis seu formulis —
sive Litteris et suis Cruce et
metallis ut non aliis utentur
de Coetero in signum distributi
-onum quotidianarum absque
Eo quod in signum pignoris
vel debiti aput alios quomodo
Libet allocentur, manum que
Nostram in temporalitate dicto
-rum Capituli et Choriarorum
occasione premissorum appositam
dicta Curia nra amovit, —
quo circa Baillivo nro Donerrice

qui nunc est et qui protempore
fuerit et ejus locum tenenti, ac
caeteris q. Justiciariis et Gentibus
nris damus tenore praesentium
in mandatis quatenus dictos
Capitulares et Chorarios contra
tenorem dictae ordinationis Curiae
nrae super praemissis quomodo
Libet non molestent sed eos
ordinatione praedicta uti pacifice
faciant et gaudere permittant.